



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Gabrielis Navdæi Parisini Pentas Quæstionum
latro-philologicarum**

Naudé, Gabriel

Genevæ, M. DC. XLVII.

Nobilissimo Viro Domino D. Peyrescio In Aqvensi Cvria Senatori
Integerrimo, Abbati Gvistrensi Vigil Antissimo, Optimo, Eruditissimoq[ue]
Literatorum omnium Mecænati, Gabriel Navdævs S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70696](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70696)



Nobilissimo Viro Domino

D. PEYRESCIO

IN AQVENSIS CVRIA

Senatori Integerrimo,

ABBATI GVISTRENSI

VIGILANTISSIMO,

Optimo, Eruditissimoq;

Literatorum om-

nium Meccæ-

nati,

GABRIEL NAVDÆVS S. P. D.



*Q*UOD hæcenus erga viros gra-
ues & præclaros, qui vel mutua
necessitudinis significatione,
vel officiorum quæ in me con-
tulerunt magnitudine, optimè de studijs
meis meriti sunt, præstare sum conatus, Li-

bros eis tenuésque ingenij mei flosculos of-
 ferendo, Hoc etiam aliquando cogitabam
 in te conferre, CLARISSIME PEYRE-
 SCI, qui me jampridem incredibilibus a-
 moris & beneficentia tua illecebris totum
 tibi devinctum esse voluisti: Verum quo-
 citius quàm sperabam istud impresentia-
 rum fecerim, duo sanè in causa fuerunt,
 quae mutos etiã homines possent ad loquen-
 dum impellere, admiratio nempe Tua vir-
 tutis, & indignatio quam dudum in me
 concepi, quod ipsa non omnibus erudito-
 rum calamis celebretur, quibus tamen quo-
 tidie materiam suppeditat, de cunctis fer-
 me rebus doctè subtiliterque differendi.
 Quamquam enim istud in te sit argumen-
 tum peruagata laudis, & supra id omne
 quod mortale est ipsismet famae pennis em-
 ete, quam non secus atque solem & aurum
 pauci delibandam censent, quoniam omni-
 superuacanei esse Laboris sibi persuaden-
 res per se conspicuas commendare; dolo
 tamen majorem in modum inde tibi sor-
 tem imminere prisca illius Mecœnatis
 qui quod Augusti auro viris omnibus Li-
 teratis, quorum praesertim commodis in
 servit

seruibat, notior esset, quā ut de ipso quicquam Literarum monumentis consignare & animum suum inducerent, ignotus nunc habetur & si nomen excipias quod Illustrissimum sane perennabit, tot saeculorum gyris obrutus oppressusque. Quare ut quantum in me situm est, tam graui incommodo prospicerem, ceterisque etiam quibus ingenuarum artium studia cordi sunt, animos facerem, ad exemplum quod praesens aetas in te habet, viri ad omnem doctrina & humanitatis rationem compositi, venientibus quoque saeculis transmittendum; Cogitavi saepius Panegyricum tibi dicere, non meo tantum sed totius Reipublicae Literariae nomine, cuius in te curam omnem ac sollicitudinem recepisti. Nam utcunque summa eius administranda amplificandaque sapientissimo aetatis nostrae Heroi Eminentissimoque ac Reuerendissimo Principi FRANCISCO BARBERINO, ab ipsismet credo Musis & Apolline demandata sit, quem continuo hac una praeter ceteris cura exercet, hac totum detinet ac sollicitat cogitatio, ut quantum in ipso situm est, partim flagranti doctrina studio,

que per vices orbis Christiani negotia prudentissimè temperat, partim etiam auctoritate, consilio, sumptibus, & favore ipsius promoueat, augeat pomaria, fines proferat, ipse tamen absque te foret, majori cum difficultate atque molestia munus istud sustineret, qui velut solers explorator in secessu tuo Baugencyaco sedes, eorum omnium quae vel in remotissimis mundi partibus geruntur, eruuntur, deteguntur, excudunturve ad rem non modo Litterariam sed ad omnem honestam curiositatem pertinentium; & quorum etiam maxima parte adeò diligenter Tusculanum illud exornasti ut

Alan. lib.
1. Anticlaud.

Quidquid depascit mentes, vel in
ebriat aures,
Seducit gustus, nares suspēdit odor
Demulcet tactum, seruet locus iste
locorum.

Verum cum pluribus & ijs quidem gravissimis occupationibus detinear, quae me etiam nolentem & inuitum ab istiusce Panegyrici meditatione remorantur & abducunt; hanc interim questionem de Tempore magis ad lucubrandum apto conuenienter

nientique, tibi omnium hominum Vigilantissimo, Studiosissimo, Doctissimoque consecrare volui. Quod equidem ut facerem, indixerunt me primum propria mea rationes qui jam dudum in tuo are viuo, omnemque cultus & obseruantia significationem tibi exhibere flagrantibus votis aueo desideroque supra modum; Deinde vero optimi & eminentissimi mei Mecænatis IOANNIS FRANCISCI Cardinalis à Balneo exemplum, qui cum alias tecum adeo lubenter suauissimèque versaretur, ut cum nullo alio Literatorum magis, nunc etiam nihil de antiqua sua Beneuolentia remittit, sed te licet absentem amat suspicitque quam maxime. unde cum actiones illius omnes, mihi exemplo esse debeant, quod potest in vita esse Honestissimum, Sanctissimumque, certe nihil quoque prius aut antiquius habere debui, quam te aut potius virtutes imitare omnes modestiam, studium, diligentiam, liberalitatem, eruditionem suspicere, admirari, reuereri. Vale.

Dabam Patauij pridie Kal.

Iun. M. DC. XXXIV.

D

AVCTORI AMICISSIMO

DVM quãdo deceat studere libras,
 NAVDÆE antithesi, vel ortus
 hora.

Vel Sole occiduo; bène atq; doctè
 Tã scribis, fateamur ut, quod ipse
 Omni, GABRIEL, es legendus
 horã.

Io. Argolus

SEU juuat aurorã, mediã seu luce, ve
 imã,

Noctè, laborantes incubuisse libri
 Exéplo, NAVDÆE, tuo sic dirimis, in
 Téporis ut PEIRESC nil periisse scia
 Illius exacto tua stet sententia nutu
 Qui placet huic, doctis sat placuit
 reor.

IOAN. RHODI

NAVDÆVS doctè tranquillat
 temporis horam
 Expendit Musis quę sit amica magi
 Ast indefesso studiorum denotat usu
 Quod quęvis studijs hora sit apta su

Robertus Farnacque Philos. & Med.

QVÆ